

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

40 quotations attributed to Heinricus Samariensis in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16vb)

Heinricus samariensis libro i. parte 2. **Migrat in exilium virtus vitiumque triumphat. Regnat et in populis grande tribunal habet.**

Migrat in exilium virtus vitiumque triumphat, / regnat et in populis grande tribunal habet.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.76, ll.233-234).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19rb)

Heinricus samariensis libro i. parte 2. **Seminat in spinis nature iura retractans. Garrula diuelli rana pallude nequit.**

Seminat in spinis nature iura retractans, / garrula diuelli rana palude nequit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.64, ll.35-36).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20va)

Heinricus samariensis libro 2. **In te cognoscas alios: magis vtile nil est.**

In te cognoscas alios: magis utile nil est, / et magis urbanum nullus in orbe potest.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4
(G. Cremaschi ed., 1949, p.84, ll.83-84).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 14: De crebritate seu frequentia et raritate vsus rerum (fol.23ra)

Henricus samariensis libro i. parte i. **Omne quod est crebrum nimio vilescit in usu. Omne quod est rarum carius esse solet.**

Omne quod est crebrum nimio vilescit in usu; / omne quod est rarum carius esse solet.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2 (G. Cremaschi ed., 1949, p.60, ll.225-226).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va)

Heinricus samariensis libro i. parte i. **Nam ferit auctorem sepe sagitta suum.**

Prospice ne tua te penarum turba sagittet: / nam ferit actorem sepe sagitta suum.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2
(G. Cremaschi ed., 1949, p.46, ll.41-42).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypocrisi (fol.33vb)

Heinricus samariensis libro i. parte 2. **Quam grauis hoc labor et quam magna industria mentis: / Noscere veraci cognitione bonos. / Sepe bonos mendax mentitur opinio prauos. / Atque econuerso prouehit ipsa malos. / Omnisque niueo volucris plumescit amictu. / Non est si simulet vera columba: tamen / Sepe sub agnina latet hircus pelle licaon. / Subque cautione pie perfidus ille nero. / Multa fides igitur falsis circumdata fictis. / Que se longe aliter quam videatur habent.**

Quam grauis hic labor et quam magna industria mentis / noscere veraci cognitione probos! / Sepe bonos mendax mentitur opinio prauos / atque e conuerso promouet ipsa malos. / Omnis que niueo volucris plumescit amictu, / non est, si simulet, vera columba tamen. / Sepe sub agnina latet hirtus pelle Lycaon, / subque Catone pio perfidus ipse Nero. / Econtra, bene scis, inter latet hispida mollis / tegmina sanguineo tincta rubore rosa, / tamque duces claros, Itacum prolemque Philippi, / membra per obscuros littera prisca refert. / Multa vides igitur, faleris circumdata fictis, / que se longe aliter quam videantur habent.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3 (G. Cremaschi ed., 1949, pp.68, 70, ll.117-130).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra)

Heinricus samariensis libro i. parte i. **Delicias veris sequitur: sed tempora bruine. / Deserit ablato remige falsus amor.**

Ut phylomena canens frondes sonitumque canorum, / et nemus et silvas, frigore tacta,
fugit, / sic, hiemis casus horrendaque nubila vitans, / omnis in adversis rebus amicus
abest; / delicias veris sequitur; sed tempora brume / deserit, alato remige, falsus amor.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1
(G. Cremaschi ed., 1949, p.36, ll.131-136).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41rb)

Heinricus samariensis libro i. parte i. **Preualet hic solo mala sors: quod monstrat amicos.**

Preualet hoc solo mala sors, quod monstrat amicos, / qui bene, qui male; sic monstrat
utramque fidem.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1
(G. Cremaschi ed., 1949, p.38, ll.151-152).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42vb)

Henricus samariensis libro i. parte i. **Cum zephyrus flabat: multis comitabar amicis. / Nunc omnes aquilo: turbine flante fugat. / Omnis in aduersis rebus amicus abest.**¹ Libro 2. in fine. **Nulla remota via: solidum partitur amorem.**²

1. Dum Zephyrus flabat, multis comitabar amicis; / nunc omnes Aquilo, turbine flante, fugat. / Ut phylomena canens frondes sonitumque canorum, / et nemus et silvas, frigore tacta, fugit, / sic, hiemis casus horrendaque nubila vitans, / omnis in aduersis rebus amicus abest; / delicias veris sequitur; sed tempora brume / deserit, alato remige, falsus amor.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1 (G. Cremaschi ed., 1949, p.36, ll.129-136).

2. Nulla remota via solidum partitur amorem, / et quem partitur integritate caret.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.92, ll.233-234).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.49ra)

Heinricus samariensis libro 2. **Qui decus oblatum: rugosa fronte venenat. / Plus mihi diabolo displicet ille dator. / Dona serenus homo: carumque seruat amicum. / Atque datum facie: duplicat ille suum. / Quod donare velis: dones sine spe redeundi / Ne quod aperta dedit: retrahat vnica manus.**

Qui decus oblatum rugosa fronte venenat, / plus mihi diabolo displicet ille dator, / Dona serenus homo carumque serenat amicum, / atque datum facie duplicat ipse suum. / Nil nisi quod dederis promittas; namque trutanam / esse facit linguam sepe ciragra manus. / Mallem te podagrum quam taliter esse ciragrum: / invalidis pedibus auxiliantur equi. / Quod donare velis, dones sine spe redeundi, / ne quod aperta dedit, detrahat unca manus: / nam dator ablator cancrum gradiendo figurat, / quem cancrum faciat dedecus esse suum.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.82, ll.65-76).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneris et beneficii (fol.49rb)

Heinricus samariensis libro 2. **Ne te pigritie consors dilatio pertardet: / Ad bona nam cupiens: omnia tarda putat. Nam mora denigrat donum: meritumque minorat. Sed cita grandificat munera parva manus.**

Ne te pigritie consors dilatio tardet: / ad bona nam cupiens omnia tarda putat. / Nam mora denigrat donum meritumque minorat; / sed cita grandificat munera parva manus.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.88, ll.161-164).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49vb)

Heinricus samariensis libro 2. **Quemlibet officiis: ne queras quis sit honora. / Nam multos caros: letus amicat honor.**

Quemlibet offitiis — ne queras quis sit — honora: / nam multos claros letus amicat honor.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.86, ll.127-128).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 7: De nocumento susceptionis munerum et beneficiorum (fol.50rb)

Heinricus samariensis libro i. parte 2. **Deuiat a vero: corruptus munere iudex. / Falsificumque facit: impia gaza pium.**

Deuiat a vero corruptus munere iudex, / falsilocumque facit ius pia gaza pium.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.76, ll.223-224).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53vb)

Heinricus samariensis libro i. parte 2. **Migrat in exilium virtus: vitiumque triumphat. /
Regnat in populis. grande tribunal habet.**

Migrat in exilium virtus vitiumque triumphat, / regnat et in populis grande tribunal habet.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.76, ll.233-234).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63va)

Heinricus samariensis libro i. parte i. **Iam facies habitum mentis studiumque fatetur. / Mensque quod intus agit: iudicat illa foris. / Internique status liber est: et pagina vultus.**

Quod patior, pallor loquitur maciesque figurat; / indicat exsanguis turpiter alba cutis; / nam facies habitum mentis studiumque fatetur, / mensque quod intus agit nuntiat illa foris; / internique status liber est et pagina vultus; / exterior macies intus amara legit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1 (G. Cremaschi ed., 1949, p.32, ll.71-76).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (n.p. fol.2rb)

Heinricus samariensis libro i. parte i. **Sapiens deliberat antequam faciat.**

Ergo vide quid agas. Sapiens deliberat ante / quam faciat; sic tu premeditare, miser.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2
(G. Cremaschi ed., 1949, p.52, ll.109-110).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74rb)

Henricus samariensis libri particula 2. **Non sine sudore probitatis scanditur arbor.**

Non sine sudore probitatis scanditur arbor, / nec sine sudore martia palma venit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.66, ll.93-94).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 2: De temperantia locutionis et oportuno sermone (fol.75rb)

Henricus samariensis libro 2. **Stillet in ore fauus: sed mente resultet oliua. / Et non sit totus sensus in ore tuus.**

Stillet in ore favus, sed mente resultet oliva, / et non sit totus sensus in ore tuo.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4
(G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.37-38).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 11: De vaniloquio et multiloquio (fol.77vb)

Henricus samariensis libro 2. **Stillet in ore fauus: sed mente resultet oliua. / Et non sit totus sensus in ore tuus. / Factaque si desint: non desint verba benigna. / Nam multos caros mellea lingua parit.**

Stillet in ore favus, sed mente resultet oliva, / et non sit totus sensus in ore tuo. / Respue multivagos, stabiles sectare, caduca / pensa, peccantes argue, siste leves. / Dicta minus sint, facta magis, sis parcus in hymnis, / parcus in obprobriis, largus ad omne decus. / Factaque si desint, non desint verba benigna: / nam multos caros mellea lingua parit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.37-44).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 14: De minis (fol.78va)

Henricus samariensis libro 2. **Dicta minus sint: facta magis: sis parcus in minis. / Parcus in obprobriis largus ad omne decus.**

Dicta minus sint, facta magis, sis parcus in hymnis, / parcus in obprobriis, largus ad omne decus.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.41-42).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum obseruanda eloquenti (fol.82ra)

Heinricus samariensis libro 2. **Nec minus astutis vulpescat lingua loquelis / Nam dubia pariunt vulpida verba fidem.**

Nec nimis astutis vulpescat lingua loquelis: / nam dubiam pariunt vulpida verba fidem.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.86, ll.137-138).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 13: De electis blandimentis (fol.82vb)

Henricus samariensis libro 2. **Ergo vale presul sum vester. spiritus iste / Post mortem vester credite vester erit. / Uiuus et extinctus te semper amabo.**

Ergo vale, presul; sum vester, spiritus iste / post mortem vester, credite, vester erit. /
Vivus et extinctus te semper amabo; sed esset / viventis melior quam morientis amor.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4
(G. Cremaschi ed., 1949, p.94, ll.251-254).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 18: De electis inuentionibus rethoricis que sunt apta conuicia et dicuntur esse lesoria (fol.83vb)

Heinricus samariensis libro i. particula 2. **Tu nimium tuus es: nimis et tibi credis inepte. / Et solus credis prouidus esse cato. / Philosophus nimis es nimium platonior ipso. / Ultra philosophos mens tua sepe fluit.**

Tu nimium tuus es, nimis et tibi credis, inepte, / et solus credis prouidus esse Cato: / phylosophus nimis es nimiumque platonior ipso, / ultra phylosophos mens tua sepe fluit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3 (G. Cremaschi ed., 1949, p.66, ll.85-88).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86ra-rb)

Heinricus samariensis libro 2. **Preualet in cunctis discreta modestia rebus. / Qua sine virtutum grande peribit opus.**

Preualet in cunctis discreta modestia rebus, / qua sine virtutum grande peribit opus: / nam pravis dare, nil aliud quam prava fovere; / unde probis tantum debet adesse manus.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.90, ll.189-192).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 2: De medio et extremis (fol.86va)

Heinricus samariensis libro 2. **Nec viscosa manus oleo nec vncta sit vno. / Interutrumque tenens respuat omne nimis.**

Ne viscosa manus oleoque nec uncta sit, immo, / inter utrumque tenens, respuat omne nimis.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.33-34).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra-rb)

Heinricus samariensis libro i. particula 2. **Ipsa cupit mundi venalis curia pape. / Prostat et infirmat cetera membra caput. / Sacrum cerne nefas nostro prudentius evo / Uenditur in turpi conditione foro / Crisma sacrum: sacer ordo altaria sacra sacrata / Dona. quid hec vltra venditur ipse deus. / Si foret vt quondam lucretia casta crumena: / Cum sibi porrigitur cedet auara tibi. / Uenditur o dolor omnificis sententia nummis / Iudicium pium copia frangit opum.**

Ipsa, caput mundi, venalis curia pape / prostat et infirmat cetera membra caput. / Sacrum — cerne nefas nostroque prudentius evo — / venditur in, turpi conditione, foro: / crisma sacrum, sacer ordo, altaria sacra, sacrata / dona; quid hec ultra? Venditur ipse Deus. / O sacra, que sacras maculant commertia sedes! / O sacra que faciunt celica templa forum! / Tale, tuus mundus, si mundus iure vocatur, / tale frequentatum sudat habere forum. / Ecce — sed ista pudet — circumvaga turba, scolares / sectantur propria venditione forum. / Citra legis iter, pro, tam pretiosa propago / venit servili conditione, dolor! / Libertas vitata fugit: nunquamque vocari / ingenuum talem de ratione decet. / Ecce, nefas! sese, stimulante cupidine, nupta / vendit et innupte contingit illud idem. / Si foret, ut quondam Lucretia, casta, crumena / cum sibi porrigitur, cedet avara tibi. / Penelope, vidue sue mercenaria vite, / ad nummi sonitus audiet illa preces. / Venditur, o dolor, omnificis sententia nummis, / iudiciumque pium copia frangit opum.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3 (G. Cremaschi ed., 1949, pp.74, 76, ll.199-222).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcite: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.96ra)

Heinricus samariensis libro 2. **Nec viscosa manus oleo nec vncta sit vino. / Inter vtrumque teneris respuat omne nimis.**

Ne viscosa manus oleoque nec uncta sit, immo, / inter utrumque tenens, respuat omne nimis.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.33-34).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100vb)

Heinricus samariensis libro i. particula i. **Non presigne genus nec clarum nomen auorum: / Sed probitas vera nobilitate viget.**

Sim licet agresti tenuique propagine natus, / non vacat omnimoda nobilitate genus: / non presigne genus, nec clarum nomen avorum, / sed probitas vera nobilitate viget.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2 (G. Cremaschi ed., 1949, p.58, ll.205-208).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 12: De preciositate et vilitate (fol.100vb)

Heinricus samariensis libro i. particula i. **Omne quod est crebrum nimio vilescit in usu. /
Omne quod est rarum carius esse solet.**

Omne quod est crebrum nimio vilescit in usu; / omne quod est rarum carius esse solet.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2
(G. Cremaschi ed., 1949, p.60, ll.225-226).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra)

Heinricus samariensis libro i. particula i. **Quem semel horrendis maculis infamia nigrat. / Ad bene tergendum multa laborat aqua.**

Quem semel horrendis maculis infamia nigrat / ad bene tergendum multa laborat aqua.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1
(G. Cremaschi ed., 1949, p.26, ll.19-20).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111rb)

Heinricus samariensis libro i. particula 2. **Si foret vt quondam lucrecia casta: crumena / Cum sibi porrigitur: cedit auara tibi.**

Si foret, ut quondam Lucretia, casta, crumena / cum sibi porrigitur, cedit avara tibi.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3
(G. Cremaschi ed., 1949, p.76, ll.217-218).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117vb)

Heinricus samariensis libro 2. **Contra fortunam sis constans: sis patiens: sis / Ferreus aduersi te neque fragat hyems.**

Contra Fortunam sis constans, sis patiens, sis / ferreus, aduersi te neque frangat hiems.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4
(G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.19-20).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137va)

Heinricus samariensis libro i. particula 2. vtitur 10. **Dulci non vsus: amaro / Namque proposito: noscitur omne bonum. / Aspera ferre decet maturant aspera mentem. / Immundus mundus que tibi munda dabit.**¹ Libro 2. **Contra fortunam sis constans: sis patiens: / Sis ferreus: aduersi te neque frangat venis.**²

1. Utitur ignare dulci, non usus amaro: / namque per oppositum noscitur omne bonum. / Disce gravanda pati: patientia temperat iram / et duros animos mentis oliva domat. / Nonne recordaris, veluti, stimulante tyrampno, / moriger innocua Seneca morte perit? / Nonne meus Severinus inani iure peremptus / carcere Papie non patienda tulit? / Nonne cupidineus metrosus Naso magister / expulsus patria pauper et exul obit? / Quid referam multos, quorum sine crimine vita / verbera Fortune non patienda tulit? / Silva capillorum numeratis cederet illis, / quos necis immunes inclita vita dedit. / Aspera ferre decet: maturant aspera mentem / et bene matura plenius uva sapit. / Per nimios estus gelidas transitur ad umbras, / sicque per oppositum dulcia querit homo. / Laurea pro pena, pro morte corona resultat: / unde laborat homo, premiat inde labor. / Quid facis, inmunde, mundique inmunda quid optas? / Inmundus mundus que tibi munda dabit?

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3 (G. Cremaschi ed., 1949, pp.64, 66, ll.43-64).

2. Contra Fortunam sis constans, sis patiens, sis / ferreus, aduersi te neque frangat hiems.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.19-20).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.139ra)

Heinricus samariensis libro i. particula i. **O deus o quam subito fortuna rotatu / Cuncta molendinat mobiliore rota.**¹ Particula 2. **Promouet iniustos fortuna volubilis: vbi quos / Scandere precipites fecit ad ima rotet.**² Libro 2. **Cuncta rotat fortuna rota qua cuncta rotantur.**³

1. O Deus, o quare subito Fortuna rotatu / cuncta molendinat mobiliore rota?

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 2 (G. Cremaschi ed., 1949, p.46, ll.17-18).

2. Promouet iniustos Fortuna volubilis, ut quos / scandere precipites fecit, ad ima rotet; / nam graviore ruit turris tumefacta ruina, / et grauius pulsata cupressus humum.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 3 (G. Cremaschi ed., 1949, p.70, ll.135-138).

3. Cuncta rotat fortuna rota, qua cuncta rotantur; / sic tenui magnus orbis in orbe perit.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.80, ll.23-24).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb)

Heinricus samariensis libro 2. **Contra merorem cape gaudia velle refrena. / Atque mali finem semper adesse puta / Grata superueniet que non sperabitur hora. / Que compensabit fellea prisca fauis. / Una serena dies multorum nubila pensat. / Et luteum tergit quod facit vnda solum.**

Contra merorem, cape gaudia, velle refrena, / atque mali finem semper adesse puta. / Grata superveniet que non sperabitur hora, / que compensabit fellea prisca favis. / Una serena dies multorum nubila pensat, / et luteum, tergit quod facit unda, solum.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 4 (G. Cremaschi ed., 1949, p.78, ll.11-16).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142vb)

Heinricus samariensis libro i. particula i. **Nam quotiens miserum probet expugnare laborat. / Se misero similem nititur esse probus.**

Nam, quotiens miserum probus expugnare laborat, / se misero similem nititur esse probus.

Henricus Septimellensis, *Elegia de diversitate fortunae et philosophae consolatione*, 1 (G. Cremaschi ed., 1949, p.30, ll.65-66).